Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



In illo t. Maria S. Johan.
stabat ad monumentum foris
plorans. Dum ergo fleret inclinavit se. et prospexit in monumentum. Et vidit duos angelos in albis sedentes. unum ad caput et unum ad pedes ubi positum fuerat corpus ihu. Dicunt ei illi. Mulier quid ploras. Dicit eis. Quia tulerunt dominum meum. et nescio ubi posuerunt eum. Hec cum dixisset conversa est retrorsum. et vidit ihum stantem et nesciebat quia ihs est. Dicit ei ihs. Mulier quid ploras quem queris. Illa existimans quia ortolanus esset. Dicit ei. Domine si tu sustulisti eum dicito mihi ubi posuisti eum et ego eum tollam. Dicit ei ihus. Maria. Conversa illa dicit ei. Rabboni. quod dicitur magister. Dicit ei ihs. Noli me tangere. nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos et dic eis. Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum. deum meum et deum vestrum. Venit maria magdalena annuncians discipulis. quia vidit dominum et hec dixit mihi. Offertorium. Induc collem meum dicit dominus in domum vos in qua fluxerunt lac et mel alleluia. Secreta. Sumpsimus domine munera pro gratia tua nobis propitiatus. ut in commemoratione tui nobis et baptismatis tui

uam semper virginem beatitudinem consequamur. Per. Communio. Populus acclamationis annuntiate virtutes eius alleluia qui vos de tenebris vocavit in admirabile lumen suum alleluia. Oplin. Exaudi domine preces nostras ut redemptionis nostre sacrosancta commemoratio et vitae nobis conferant perpetuis auxilium. et gaudia sempiterna consequamur. Per. Feria sexta.

Dixit eis dominus inspice alleluia et nuntiabis eis apparuit maria alleluia alleluia alleluia. Ps. Attendite plebs mea legem meam inclinate aurem vestram in verba oris mei. Oro.

Omnipotens sempiterne deus. qui paschale sacramentum in redemptionis humanae fieri constituisti. da mentibus nostris. ut quod festivitatis celebramus mysterium effectum. Per. Lec. e. b. petri apli.

Christus xpus semel pro peccatis nostris mortuus est. iustus pro iniustis ut nos offerret deo. mortificatus quidem carne. vivificatus autem spiritu. in quo et hiis qui in carcere erant spiritalibus venientes predicavit. qui incredulis fuerant aliquando. quando expectabat dei patientia in diebus noe cum fabricaretur archa in qua paucae id est octo animae salvae factae sunt per aquas. Quod et vos nunc similis forma salvos facit baptismus non carnis depositio sordium. sed con